Ita enim miseri homines urgentur fame apud nos, ut præcipua cura sit, unde panem sibi emant, quo fit, ut mei collectores ab iis, qui mihi debent, nil possint emungere. Satisfaciam tamen honestè et, ut spero, tempestivè. Vale. Data Hilspadij 20. Junij Anno salutis nostræ M. D. LXXIII.

Tui amantissimus
Vitus Gravius.

Eruditione, Virtute ac pietate præstanti
Viro, Dño Davidi Wenglero, Secundæ
Classis in Pædagogio Illustri Heidelbergæ
Præceptori, Amico et fratri suo Charissimo.

Etsi nihil mihi gravius accidere potest, Clarissimi Viri, hoc potissimum 198/
tempore, quo omnem provinciæ meæ laborem in fine, ingressorte, quod
ajunt, consistere putabam, quàm hoc ipsum, quod justu vestro nunc agen-
dum suscipio; propterea quòd nox minimam totius rei hujus defor-
mitatem non modò in gentis meæ homines, non modò in collegas, non
modò in condiscipulos meos veteres, non denique modò in præceptores lon-
gè mihi carissimos, sed in me ipsum adeò ~~deo~~ redundare video. tamen
unà vel Aristotele teste pium sit πρὸ πατρὸς τὴν ἀλήθειαν; quoties
hujus causâ contra amicos faciendum est aliquid, non patior ego si-
dem meam alicujus amoris testificationem in Reipubl. literariæ
rune desiderari. In primis autem vos oro, ut, quàm hæc, quæ de
schola nostra turbulento statu dicturus sum, non odio cujusquam sed
amore potiùs ac desiderio pacis multum hactenus desideratæ à me
proponentur, tam etiam candidè omnia, nec non paternè accipi-
atis. Et quæ vestra est singularis prudentia, provideatis, ne illa vel
mihi vel cujusquam æstimationi sint fraudi, neu fiant nova con-
tentionum, odiorum aut simultatum longè nocentissimarum inter
nos materia. Protestor etiam me nec litem cuiquam hic intendere,
nec etiam causæ publicæ actorem existere velle. Videò enim
quàm sit plena invidiæ et periculi. Navos tantùm crassissimos
et multorum malorum, quæ scholam nostram adhuc afflixerunt
fontes ita oculis vestris exponere conabor, ut nisi aliquando tan-
dem occurratur, postmodum serò medicinam paratum iri omnes
intelligatis. Quas potissimùm consilii mei ac petitionis ratio-
nes graves et veras ante mensem jam septimum vobis reddidi, non
quòd plures non essent, sed quod illas magis accommodatas instituto

meo existimarem, preteritis interim alijs, quas vel ante vobis non incognitas esse, vel etiam à vobis consultò ac prudenter sciri non velle, quod nihil nisi dolorem in animis multorum excitarent, confiderem. Et hæ quidem sunt, quæ, ut moram hanc satis magnam (cui tamen gravissima negocia vestra quandam quasi necessitatem hactenus vidi attulisse:) non nihil molestè ferrem, magna ex parte effecerunt. Vixi interim loco et stipendio honesto, fateor: sed non cum magno satis tum juventutis, tum etiam meo ipsius fructu. Etsi enim ad debitam in officio diligentiam nihil feci reliquum: tamen, quam sint labores scholastici steriles, si absit alacritas, norunt fortasse ii, qui scholas aliquando viderunt. Qua verò alacritas, aut quæ industria esse potest, ubi animus partim dolore injuriarum, partim sollicitudine ac metu calumniarum angitur. Sed hæc fortasse obscuriora sunt, loquar ergò apertius et quidem brevitatis causâ transibo omnia illa, quæ sunt notiora puta simultates illas, jam inveteratas inter Rectorem et Correctorem non tam ex injurijs quam æmulatione et invidia quodam ortæ conceptas. Traductiones publicas et legibus prohibitas apud pueros, quæ ad elevandam alterius auctoritatem pertinere videntur. Contentiones plus quam barbaricas Collegarum in Conventibus præcipuè eorum, qui sua prudentia, gravitate et auctoritate actiones illas moderari debebant. Convitiationes omninò hostilem non fraternum animum arguentes, quibus itidem modò non omnium congressuum actiones adhuc interturbatæ sunt, adeò, ut parum sæpè abfuerit, quin ad manus veniretur: disceptationes non scholasticas sed planè cyclopicas post cibum sanctum de rebus rarò utilibus, rarius verò utiliter propositis, sed modò anilibus, modò alienis, nec incognitis, sæpè etiam scandalosis et periculosis tantâ quidem cum vehementia et animorum acerbitate sæpè numero protractas, quanta Romanos milites pro aris et focis depugnâsse vix credam, cùm interim pueris vix secundo mense ex sacris quæ quam proponatur: Cujus rei testis Oeconomi familia optimè fuerit. Correctoris item austeritatem, nescio quâ æmulatione accensitam (ut sit formidabilior) erga hospites et commensales præsertim non domi nostræ agentes. Rectoris contra nimiam ubique lenitatem, fortè etiam lentitatem, qua, ut illius suavitatem infringe-

cedendo, tacendo, dissimulando multa, sed frustra, conatur, ita non
parvam tum sua tum etiam nostra omnium auctoritati inferi-
am inferre videtur: has inquam alios, per multas schola nostra
pestes praesentissimas, cuni à bonis multis deplorari et vobis etiam
non omninò ignotas esse confidam, non est, quod multis nunc mo-
veam. Ney, volui id ipsum facere nuper, tum ob causam ja
dictam, tum eò etiam, quòd mihi classis meæ curam et quæ sunt
alia privata boni Collegæ officia, alias verò prudentioribus publicæ
tranquillitatis atq, ordinis conservationem demandatam esse sci-
rem. Interim semper futurum speravi, ut vel interveniente
spontanea animorum reconciliatione. vel sancita offensarum
oblivione pro se quisq, officium sedulò faceret, conjunctis q,
viribus Sathanam hostem communem, præsertim in publicæ
pacis atq, ordinis custodes, collegas item regnorum, consiliorum,
Ecclesiarum, scholarum, deniq, familiarum tanquam infundi sui
calamitatem omnes suas iras evomentem, à schola nostra repelle-
rent. Verum enim verò tam falsum ea res me habuit, quam si,
ne luscinium vox aliquando deficeret, meminissem. Nam, ut nemo
sit, qui non omni studio, diligentia et operâ se provisurum vel
promittat vobis, vel domi jactet, ne quid detrimenti schola nostra
in hoc genere accipiat, tamen quam vanum hactenus id fuerit, imò
quam planè diversum fiat ab illis etiam, qui omnem diligentiæ,
fidelitatis atq, prudentiæ laudem in schola præsertim domestica
administranda ad se solos transfundi cupiunt, ideoq, non raro extra
pelliculam suam abrepti, alios consortes tanquam homines neq, fauere
neq, providere in usus publicos quicquam pensi aut moderati habentes, præ se contemnunt, traducunt, auctoritate etiam apud discipu-
los et alios per administrationem ~~aliquam~~ suam, quantum in
se est, exutos volunt: quam, inquam, parum istorum pollicitatio-
nibus actiones et mores respondeant, exempla indignissima, quæ
nuper admodum in schola nostra acciderunt, satis demonstrant.
Sunt autem hæc potissimum de quibus loquor. Quinto idus Julias
Præceptor quintæ Classis Angelus in precibus Vespertinis disci-
pulum inter canendum procacius garrientem colapho infracto
compescuerat. Ibi tum alius quidam grandis ante ipsum con-
sistens, atq, indignum facinus esse, neq, justè eosum illum excla-

mans, voce sua tribunitia ita totum coetum concitavit, ut omnibus quidem accurrentibus et perstrepentibus aliis voce, aliis pedum sibilatione, aliis denique cubitorum collisione, tantum non periculi aliquid Praeceptori creatum fuerit. Ascendunt demum, perstrepunt, plerique etiam confertim in tabulato circumcursitantes minas et iram spirant. Sub idem forte tempus, scriba hypocaustum sibi à famulo purgari voluerat, quod cum hic sive recusaret, sive quoquo modo differret: verum nescio, quippe quod nec jam tam valetudinis gratia cubitum contulisset: ille indigne id ferens, scopas è cubili suo iratus effert; quibus conspectis alter mox ad discipulos jam ante irritatos accurrens, scribam sibi verbera minitatum esse conqueritur: Unde illi gravius accensi, videbimus, inquiunt, quid factury sit. Post multum demum strepitum à Praeceptore forte superveniente coerciti, cubitum se quisque conferunt. Postridie conqueritur de contumacia discipulorum Angely, instituitur deinde causa cognitio, in qua, si velle persequi, quali processus genere, quibusrixis, convitiis, injuriis, quanta demum cum laesione, auctoritatis Praeceptorum maximè inferiorum omnia fuerint peracta, equidem dubitarem, an fidem dictis habituri essetis. Mox in primo congressu, cum de hesterna discipulorum inobedientia agendum esse omnes putarent, ibi Corrector gravi querela institutâ contra Praeceptores, quòd famulis nimium molesti essent, nominatim verò contra scribam, quòd heri injurius alteri fuisset, primum accusator esse vult, ac patrony famuli contra collegam, mox etiam judicij partes sibi sumens, eodem expire jusso, de culpa cognosci oportere ait: Et haec quidem omnia audiente famulo et discipulis nonnullis, Rectore ad pleraq; conniveute, quòd ei jam ante praeter alias injurias mendacii etiam crimen ille procaciter objecisset. Quid fit? Famulus verum fateri jussus negat se minas in Praeceptore observâsse, nedum tale quid in condiscipulos sparsisse: isti contra se audivisse pridiè ex ipso affirmant. Sic ipse mendacium apertissimum fassus et reus deprehensus est ab omnibus, repugnante nihilominus Correctore, et omnibus nobis delationem ad Collegium vestrum minitante, etiam cum scriba se extra culpam esse sibiq; injuriam fieri, juramento sanctissimè affirmaret. Binis

nisi

missis discipulis volunt coeteri de caussa illa primaria cognosci.
Ipse contra rem domesticam esse, sibiq; inquisitionem de ea ineun-
dam contendit, quod cum reliqui negarent, imò se praesentibus eti-
am de peccato publico et totius scholae salutem attinente agnitionem
instituri postularent, tandem grandis ille, qui coeteris ad Praecepto-
rem invadendum tantisignanq; heri fuerat, peccatum et culpam
fassus, poenae destinatur, quae etsi fortasse recte postmodum est
mitigata, tamen citra communem omnium sententiam, quae
erat decreta, nescio an potuerit mutari. Sed mihi nunc pro-
positum non est de his et similibus argutari, quam sint recte
facta. Vobis quidem hic Clarissimi Viri, judicandum relinquo,
quantum hujusmodi turbae in scholam importent mali, an iter-
sint, nec ne contumaciae discipulorum in Praeceptores inferiores
ipsissima causa. Ego fidem meam praestare et liberare apud
vos, ut vultis, cupio, referendis bonâ fide iis, quae secus quam
par erat, in schola nostra fieri video, et quae mihi conditio-
nem tam honestam modo non acerbam reddiderunt. Ac deum
testor, me affectuum impetio raptum ista non scribere, sed
cupere scholae consultum. Si quid dixi durius et immodestius
veniam peto; si falsum, quod collegarum aut domesticorum
testimonio non nitatur, poenam non recuso. Coeterum unum
hic rogo, ne veritati auctoritas cujusquam praejudicium affe-
rat, neu ulla de nobis sinistra praesumtio caussa legitimam
cognitionem: quam tamen Vestrae auctoritati et prudentiae libe-
ram relinquo: impedirat. Scio enim, quibus argumentis hacten-
pugnari sit contra nos solitum ab iis, qui se oppressam in-
feriorum auctoritatem non quidem verbis sed consiliis, conatibus
et reipsa cupere ostenderunt. Peccavit quis nostrûm et pecca-
vit aliquando. Male fateor factum. At iste et omnes et semper
aut plerumq; saltem genio indulgere, aut res suas negligenter tra-
ctare, et dissolutis suis moribus suam ipsorum auctoritatem pro-
stituere, vobis persuadere conatur. Quod si ergo huic etiam
modo ejusmodi cuneum quaerere tentabit, ut faciet haud dubiè,
non equidem à se culpam et caussam multorum malorum depulerit,
sed allegaverit inconveniens, quod non est solvere argumentum
ut Dialectici loquuntur. Ego quâ fide, quoq; animo vocationi
meae hacten obtemperaverim ac praestiterim, paratus sum Deo Op-
timo Maximo et vobis rationem reddere.

Hæc sunt Clar: Viri, quæ quam potui brevissimè, vobis ita exigentibus de schola nostra statu propter conscientiam meam referre debui, atq; oro supplicitèr, ut si scholam nostram tranquillitati ac diligentiæ laude florentem videre aliquando tandem velitis, non postremam fidelium collegarum, operam illi salutarem navationem & curam geratis. Valete in Christo

Heidelbergæ XX Augusti V. A. 1573.

Studiosissimus
David Pareus, 2da Classis Pædag. Heidell. Præceptor.

ἐπιγραφὴ
Ad Amplissimum Senatum Ecclesiasticum Palatinatus Inferioris, Dominos et Patronos suos reverenter colendos.

1197

Davidi Paræo Christ: Schillingius S.

Indicavit mihi Dñus Stubelius se tua intercessione permotum emisse mihi vini plaustrum aut quiddam amplius, si tum id velim nempe 55. florenis. Nam si nolim, etsi qui emturi sint 60. Ego verò et ipsi egi et nunc tibi ago gratias quam maximas, quòd mihi gratificatus es in ista non contemnenda emtione. Emi superioribus diebus vinum paulò viliori pretio Wachenhemij seu pluris Neostadij. Nihil de vestrate, quod conquerar, habeo, si bonum est, ut spero, et conservatur mihi integrum et incorruptum, neaquam potest, præsertim cùm tanti constet. Ergo me vicissim gratum semper invenietis. Nudiustertius mihi Neostadium, ubi Chenopodij emi 2½ plaustra magno pecuniam, et item Wachenhemicum, quæ excessit 300. florenos, quæ quidem pecunia mea fuit, non nuntiò accepta. Unde conjicies, me non valde in ære esse, præsertim tam citò: sed expecto intra 8. dies à Polonis 100. flor: item à quodam rustico 49. flor: à Bero 10. flor. circiter. Tum Uratislavienses, si velim: nam nolim nisi coactus cùm semper à mutuatione abhorruerim: priùs mihi daturi sunt, quam debeant, 100. florenos. aut amplius. Quare orabis meâ causâ Dñum Stubelium, ut apud venditorem impetret non longi temporis moram: non n. immemor ero emti vini: si ita præcisè intra octiduum non numerem pecuniam; aut at ipse suam fidem interponat, dum solvo. Intelligo, solutionem extrahendam minimè esse. Quod si Dñus Stubelius daret interim de suo aliquot florenos, ut tanto certior contractus sit. Recipiet à me. Debet mihi etiam Glenbuzer ad 60. flor: et amplius, quam Eudem Dort: Ehenius debuit mihi dare

Deo peregrè